

hominis firma

utaltes praunitates

ites fuitter

es firmus dignu

se factura

more terra

me mala

omni annis et augumentum moris

rebuere puerum **S**irrahom **D** **Et**

Amethomos uictus quibus d. **ipsem.**

Dios dicit fidelis huius omni

fortiori hinc semper ueritatem

stari et tunc portua supplicatos

unum **D** **D** **omni dicit** **si**

inquin olesita aduneta parpua

in hoc dicit huius olesita in re tua.

igitur compta omnia aduicta nuni

amur **D** **Memor** **ipostituta** **x**

ressa qd **est** **clauanenu** **uati**

D **omni dicit** **ut qui** **gloriosos**

mias tuos claudum ipostituti

synthodiamu castroiu nortsim

CCM

DAVID
 TYPICVS:
 SALVATORIS
 NOSTRI, IESV CHRISTI EX INANI-
 TIONEM, NATIVITATEM, PASSIONEM, MOR-
 TEM, VICTORIAM, & EXALTATIONEM, CERTIS
 MODIS REFERENS.



I S

97.

*EV M FACTI OLIM VOTI, PIE-
 TATIS, ET EXERCITII ERGO, INTER ALCE DO-
 NIA Scholastica, quæ sunt in inclytâ Sondershusâ illustr. & gene. Comi-
 tum à Suartzburg & Hohnstein, &c. diebus Soteriorum
 numeris Poëticis deducere & producere
 studuit:*

*MATTHÆVS ZIMMERMAN,
 Rector Scholæ.*

MAGNIFICO, CLARISS. ET
 AMPLISS. V. DN. ELIAE VVILHELMO
 BODINO, I. V. D. ILLVSTR. ET GENE. COMITVM
 A SVVARTZBURG ET HOHNSTEIN, &c.
 CONSILIARIO DIGNISS. DN. ET
 MOECENATI SVO CO-
 LENDISSIMO:

Σ Οἶο Πατήρ, ΣΤΕΦΑΝΟΣ, μέγαλοιο Θεῶ
 Θεραπείης,
 Μακρὰν Μακλώας ἔστιν ἐμοῖο μέγας.
 Καὶ περ ΙΩΑΝΝΗΣ, Πατὴρ σέθεν ἰσὸς Ἀδελφός,
 Ἐκ κερδῆς πέλεται πισὸς Ἐταῖρ ἔμός.
 Πλω ΤΥΝΗ, Θεμίδῃ κλειτῆς πολυώνυμε Μύση,
 Κλειτὸς Μακλώας πάντοτε μοῖο μένει.
 Τῆνεκα, Μεσάων κὶ Απολλωνῶ κατὰ φετμῶ,
 Ὑμᾶς ἀλλήλας αὐτὸς ἔγωγε φιλῶ.
 Τῆνεκα νῦν, ἀνδρῶν ἄνερ προφρέσατε πολλῶν,
 Μύσης μοῖο νέη δωρέομαι σε γονῆ.
 Αὐτὸς δῆτα μέγας κὶ ἀφῖς αἰοιδὸς ἀκείεις,
 Ἀλλὰ Φίλε μικρῶ σοι μέτερον ἔπι μικρόν.
 Μείσον ἐμοῖοι μέτερον, κὶ μείσῃ αἰοιδὸς ἐγώνη:
 Ὅν ᾗ μέτερον κλείει, φέρτατῃ Ἀντίτυπῃ.
 Εἴνεκεν Ἀντιτύπῃ, Διητῶν μένοιο ΜΕΣΙΤΟΥ,
 Εἰ Τύπῃ ἔστι μέγας, κὶ μέγα μέτερον ἄλις.
 Τῶν φράσεων ΣΥ νεωσὶ μᾶ ἦσο, ΒΟΔΕΙΝΕ, Δικαστῆς:
 Πᾶν μοι γὰρ Κειρικῶ κέντειον ἔπιδανόν.
 Μωμείδῃ, κόπῃ ἔστιν αἰεὶ μάλα ῥάδιῃ, ἄλλης:
 Βέλτερον ἀλλὰ ποιεῖν, βέλτερός ἔστι κόπῃ.

Matth. Zimmerman.

ANTI-

ANTITYPUS SACRUM.

Votum migro nihil: Vulgus in orgijs
Bacchi se saturet: Me mea denuò
Fabrè ad majus opus PIERIS alligat.
Certosantè mihi MOSAICOS Typos
Hæc exire dedit: Quintus & ordine
Succedat, jubet hæc, Filius Hæi.
Supplex ANTITYPUS thure lito precum,
Musæ filia suo numine prosperet.

DAVID TYPUS CHRISTI.

I.

David, omen habens, carus erat Deo,
Imò Vir & homo ad cor Domini: Typus
Hic Christum retulit: Christus enim Patri
Carus Filius, & corde simillimus.
Testis vox Patris in Iordane de super
Exaudita: Thabor vertice testis est.

David) à
Dad, ca-
rus, dile-
ctus, &c.

„
„

II.

Vt de pauperibus stemma parentibus
Percenset typico nomine Rex David,
lactans se patriam paupere Bethlehem:
Sic, sic Antitypus pauperiem suam
A cunis numerat Christus & unguibus.
Hinc GER dicitur à Vatibus & NIDHAM,
Mundo scilicet hoc hospes & advena.
Hinc is: Sunt foveæ Vulpibus, & sui
Nidi sunt avibus: Sed mihi Filio
Iehovæ ac hominis non (dolor) est locus,
Quo possim capitis tempora ponere.

„
„
„
„

A 2

Hoc

Hoc verò tenui schemate nascier
Salvator voluit, Nos homines polo
Ut vitâ faceret perpete DIVITES.

III.

David upilio & servus erat Patris:
Sic Christus Patris est servus IS, & bonus
IS Pastor, proprio sanguine qui suo
Et lytro reduces præstat oviculas.

IIII.

David præ reliquis pulcrior, & ruber:
Messias ALIIS pulcrior OMNIBVS.
Fœdat nos (dolor heu) crimen originis,
Fœdat, proh, facinus quottidiè novum:
Verùm, res benè habet: Labis adest nihil:
Heros labe caret noster Edomius:
Torcular proprij nil reperit mali.

V.

David mox BACULO, mox CITHARA utitur:
Sic Legis baculo Legis in orbitam
Pellit Christus oves, crimine devias,
Contrâ, Evangelij nectare languidos
Et tritos animos recreat, erigit.
Hoc munus citharâ qualibet amplius:
Hoc munus scelerum fulmina discutit:
Hoc unum stygio Dæmone liberat:
Hoc unum Lachesi sternit & Atropo.

VI.

A Davide cadunt TRES validissimi
Hostes: nempe LEO, ter malè rugiens:
Cumq; VRSO tumidus robore GOLIATH:
Sic Christus populi, sic quoq; proprijs
Cum lauro redijt VICTOR ab hostibus.

Lex

”

”

”

”

”

”

Christus
ἀναμάρ-
τητος καὶ
ἀνυπόβου-
τος.

”

”

2. Leo.

2. Vrsus.

3. Goli-
ath.

Lex hostis fuerat noster: At hæc silet:
Fixit nempe G O E L chirographum cruci.
Serpens hostis erat: Calce sed huic caput
CONTRITOR petijt. Mors erat: Hanc item
Christus morte suâ sorpsit & abstulit.

1. Lex .
2. Satan.
3. Mors.

VII.

David Rex populi lectus & unctus est:
Sic Christus populi Rex, Schilo, Pontifex,
Quâ Rex, membra sibi subdita protegit:
Et, quâ parte Schilo, P A C E beat: T R I A
Nec non Pontificis M V N I A fungitur.

”

Schilo,
i. e. Pax.
Vide no-
tas M.
Valent.
Schinde-
leri.

VIII.

Hephzibæ Isaiides foedera deperit:
Gentis S P O N S A Dei Christidos agmen est.

IX.

Davidem quoties cingere cogitat
Saul hostis, toties hunc Deus eripit.
Sic Christum voluit prendere sapius
Imò perdere, Plebs, Scriba, & Apellula:
NON verò hoc potuit, NON, nisi T E M P O R E. ”
Iustis, A B S Q V E D E O, non pilus excidit: ”
Horum fors manibus scripta etenim Dei, ”

X.

Torrentem Isaiides traiiciens Cedron,
In Iovæ gremium singula reijcit:
Cedron Antitypus sic quoq; transiens
Et fata & calicem reijcit in Patrem,
Dicens: V E L L E T V V M, velle Pater meum. ”
Fatis pressus, homo, murmura posthabe: ”
Fatum per L A C R Y M A S & P R E C E vincitur, ”

A 3

Fraudes

XI.

Fraudes Achitophel fabricat & dolum
 Davidis capiti; Sed dolus, heu, caput
 Autoris repetit, fraus abit, heu, retrò:
 Nam guttur laqueo claudit & halitum,
 Et secum gemitu mancipat inferis.
 Sic Christo Iscarioth insidias struit,
 Structorem sequitur sed sua talio.

Cuîque est Achitophel, cuîque suus Doëg: ”
 Et, quâ nemo putet, Seps latet herbulâ: ”
 Fidens ergo, queas fidere cuî, vide, ”

XII.

David, exilio pressus & hostibus,
 Hostis probra tulit saxâque Simei:
 Sic Christum medijs in cruciatibus
 Gernas opprobrijs afficit impius.
 Quin, omnis nebulo, præteriens crucem,
 Motato ingeminat vertice scommata.

Afflictis alijs, commiseratio ”
 Tangat nos alios: Qui cumulos enim ”
 Mœstorum cumulat, pessimus omnium, ”

XIII.

Vlcisci poterat sæpè David suum
 Cissidem, poterat plectere cæteros:
 His verò placidus parcere maluit,
 Et pœnas etiam vertere Numinis.
 Sic hostes facilè Christus & invidos
 Vlcisci poterat, perdere verbulo:
 At, noxam potius mittit, & hostium ”
 Ipfus pro veniâ supplicat ætheri, ”

Tanti

Tanti nos homines membra Didascali; ”
Ergo & nostra decet pectora caritas. ”
Gratos atq; bonos diligit ethnicus; ”
Hostes & reprobos Vir pius ardeat. ”

XIII.

Rex David requiem restituit suis; ”
Per Christum requies parta Fidelibus. ”

XV.

Davidis Proceres tractat Hanon male,
Barbas & tunicas demutilans Virum;
Sic Christi Proceres ORBE catharmata. ”

XVI.

David supplicio sed scelus afficit;
Sic Christi scelus hoc ultio vindicat.
Qui Servos Domini lædere nititur, ”
P V P I L L A M Domini T A N G E R E nititur. ”

XVII.

Summis Iova pium sicut honoribus
Davidem exhilarat, regia scilicet
Reddens imperij munia, gloriam;
Sic Gnatum varijs Iova periculis
Exutum, V A R I I S auxit A E T H L I I S. ”
Victores sequitur ceu sua laurea,
Sic Christum reducem maxima præmia. ”
Majestas Triadis, par honor & decus
Christo nunc H O M I N I est: ceu fuit, ut Deo,
Sæclis omnibus, & permanet omnibus.

Hinc Ecclesiolæ verus H O M O, ac D E V S
Verus, noster adest Immanuel: Pié
Nos ac simpliciter C R E D E R E quod decet;
D I S C V S S O R siquidem mergitur hoc mari.

Cassianus:
Simplex
creditor
sum, non
impius
Discussor.

Davidis

XVIII.

Davidis veluti mons nimis arduus,
V N V S q̄ introitus porta Sionia: 22
Sic coelum domus est altior, & pijs
V N A ac S O L A patet Christus ad hanc V I A.
Exerrat Monachus quippe cuculliger:
Exerratq̄ triplex Papa coroniger.
V N V S, furta patrans, clauferat, heu, Viam:
V N V S, furta pians, pandit, iò, Viam.

FINIS.



ERPHORDIÆ,

*Typum hunc Mosaicum typis suis excudebat
Iohannes Pistorius.*

A N N O

CD. ID. XCVII.

AB 113 723

ULB Halle


3

002 387 581



TA → a

DAVID
TYPICVS:
SALVATORIS
NOSTRI, IESV CHRISTI EXINANITI-
ONEM, NATIVITATEM, PASSIONEM, MOR-
tem, victoriam, & exaltationem, certis
modis referens.



I S

97.

*EVM FACTI OLIM VOTI, PIE-
TATIS, ET EXERCITII ERGO, INTER ALCEDO-
nia Scholastica, quæ sunt in inelytâ Sondershusâ illustr. & gene. Comi-
tum à Suartzburg & Hohnstein, &c. diebus Soteriorum
numeris Poëticis deducere & producere
studuit:*

*MATTHÆVS ZIMMERMAN,
Rector Scholæ.*

Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black